

EXPLICATIO VERSUS I.

אָחָבָּנִי dilexi:] scilicet Dominum, qui me exaudit, ut sequitur: ita Stephanus, Kimchi, Muis, Belge in schol. Beza. Hinc Campensis ita ordinat: amavi Dominum, quod exauditum confidam illum preces meas. Sic & Aldegondius, sicutus Genev. ich hebbe den Heere lief/want hy ic. Coppen. Junius: sat habeo. Piscator: acquiesco in hac re. Lutherus olim: ich habe Lust/dass der Herr. postea: das ist mir lieb/ [& secundum Vinarienses: und beweget mich auch zu herzlicher Liebe/ und lobe Gott/ Psal. XVIII, 2. 4.] Nimurum non opus est, supplere accusativum, cum Amandi hoc verbum impersonaliter quandoque idem fermè sit ac, delectus, vel refector: v. g. Genes. XXVII, 4. fac mihi cibos, quemadmodum **אָחָבָּתִי** **diligo**, i. e. secundum Lutherum: wie ichs gern habe. vide ibidem vers. 9. 14. Jer. V, 32. sacerdotes acceperunt munera, & populus meus **אָחָבָּנוּ** cap. XIV, 10. Ita, expetiverunt vagari vel movere se: Amos. IV, 5. sic **אָחָבָּתָם** vultis filii Israel. Psal. XL, 17. & LXX, 5. **אָחָבָּתִי** **יְשֻׁוֹתָךְ** diligentem salutem tuam. Unde constat, non sermonem hic esse propriè de amore, ut est unionis affectus, ceu definit Scaliger exerc. 301. quomodo Psalm. XVIII, 2. dicitur **אַרְצָמָךְ** diligo te Domine robur meum: verum de gaudio, quod ipsum (sicut idem habet Scaliger exere. 317. num. 2) est voluptas, faciens effusis spiritibus animum sese efferentem; vel de exultatione, quæ est gaudium gestuosum; aut de acquiescentia, cum satis habentes delectamur, &c. Conferri hac ratione potest radix **אָחָבָּה** cum **אָכְתָּה** voluit, concupivit, ut id intendit h. l. Rasche, exponens per desiderium vel voluptas mea, quod &c. Belgæ: ich hebbe lief/want de Heere hort/ ic. Dietenb. ich hab mein Lieb und Lusten zum Herrn. Moguntina: ich habe geliebt/ den ic.

עֲמַלְתִּי quod audit:] promte nimurum, benevolè & cum effectu, opponitur hoc despectui, supplicantem penitus abigenti, aut morositati, quæ audit quidem, sed ægrè & cum tædiō; imo & auscultationi nudæ, quæ multi quidem Lazarum clamantem audiunt, sed non exaudiunt. De quæ anthropopathiâ vide Psalm. IV, 4. V, 2. seq. item Jesai. LIX, 2. & Prov. XV, 29. Opposita phrasis est, orationi aures obstruere, operire se in nube &c. Thren. III, 8. 44.

חַנְנוֹנִי depreciationem meam submissam atque flebilem:] de voce hac plurali tantum, actum Prov. XVIII, 23. **חַנְנוֹנִים** loquitur egenus. eademque alias non raro ante se habet vocem **קֵיל** per modum regiminis, ut Psalm. XXVIII, 2. audi vocem depreciationis meæ: vers. 6. audivit vocem depreciationis meæ. item Psal. XXXI, 23. CXXX, 2. CXL, 7. hinc tamen eandem constructionem, impedit affixum interpositum, ut & resia compositum, adeoque asyndeton emergit: audit vocem meam, (qualisunque illa sit,) imo depreciationem imprimis meam miserabilem. Præter necessitatem enim Aben-Esra Jod censet paragogicum, cui insuper accentus parum faret. Unde Lud. de Dieu in animad. emphasin nūc quærit, quasi tria hinc distincta beneficia (pro ratione distinguenterum accentuum) proponerentur: DEus audit vocem meam, depreciationes denique meas. Glasius tamen lib. 3. tratt. 1. cap. 6. hendiadyn opinatur, exponendo de voce humillime sup-

A plice, ut Jerem. XXII, 3. facite judicium, justitiam, i.e. judicium justum. Res tandem recidit eodem. Lutherus: meine Stimm und mein Flehen/ olim: die Stimm meines Flehens.

EXPLICATIO VERSUS II.

הַטְּרַדְּ **טְרַדְּ** inclinat aurem suam ad me:] i. e. singulari plane benevolentia meos excipit gemitus submissaque preces, ita ut instar patris, debili filio, vix amplius verba facere valenti, mihi quoque auiem porrigat, exilesque meos imbibat susurros; vel instar principis aut regis, in sublimi solio sedentis, mihi è loco inferiori ingemisci gratiose aurem præbet. vide Psalm. XVII, 6. XXXI, 3. LXXI, 2. LXXXVI, 1. LXXXVIII, 3. CII, 3. Adeoque plus hoc est audientia simplice modo memorata.

וְנִימְתַּחַם quare, quoad vixerò, non aliò claram ribus meis recurram quam ad ipsum:] ita Campensis: iccirco diebus meis invocabo ipsum, ita Junius, Piscator; item Stephanus in schol. Lutherus: darum will ich mein Lebenlang ihn anrufen. Est hoc consecutarium ad priorem Dei benignitatem, fiducialis nimurum, constans atque indefessa ejusdem imploratio. Adeoque non male præfixum **Vav** redditur conclusive, Ideoque, itaque; Lutherus: darum. Beza: quamobrem. vide sis Psal. II, 10. XLV, 12. LXXVIII, 33. XCI, 14. CVI, 43. Prov. VIII, 32. Cobel. II, 17. Dici etiam posset secundum Lud. de Dieu in anim. b. l. vav hic vacare, solamque indicare illationem consequentis ad antecedens. Deinde Dies suos David ponit pro vita sua temporalis duratione, quomodo Hiskias ait: Jes. XXXIX, 8. & 2. Reg. XX, 19. modo pax sit i. e. quamdiu egomet vixerò: item Job. XXVII, 6. **בִּימְנִי** à diebus meis, i. e. dum vivo. De festis diebus Midrasch. Lutherus olim; bey meinem Leben. quamdiu vivam, Beza, Genebrarus.

אֶקְרָבָּנִי intocabo:] nimurum eundem ipsum Dominum, benignè adeo me audientem. Hic si quidem accusativus facile colligitur ex versu primo.

EXPLICATIO VERSUS III.

אֶפְפָנִי circumdederunt me funes mortis:] recenset jam Psaltes tempus & occasionem fusorum à se deprecationum flebilium. vers. 1. nimurum cum periculis undique cinctus obrutusque esset longe gravissimis atque lethiferis, è quibus eluctari nullò potuisset modò æque ac bestia, jam trucidanda, funibusque aut retibus eō fine undique constricta, salutem sibi nequit procurare. Ineluctabilitatem hanc præcipue coiliimus ex verbô **אֶפְנָה**, quod arctam totalerque ejusmodi exprimit conclusionem, quialis de aquis undique Jonam cingentibus legitur Jon. II, 6. ita de malis seu infortuniis Psalm. XL, 13. & in loco parallelo Psalm. XVIII, 5. 2. Sam. XXII, 5. Incongruè Vicens. f. 329. b. derivat à **אֶפְנָה** angulus, expulerunt me in angulos, ut Deuter. XXXII, 26. cum sit ab **אֶפְנָה** circumdedet.

חַבְלִי funes mortis:] i. e. funes latiferi & extiales, quales v. g. injiciuntur reis, ad supplicii locum jam abducendis, vel qualibus constringuntur victimæ aut tauri, lanienæ destinati, qui jam suæ non amplius sunt potestatis, sed ligantis parere coguntur voluntati. Ita David quoque mortis se imperio subiectum jam sentiebat, quæ extrema quæque, instar carnificis, minitari vi-

Qqqq 3